florentinis ipsi vero acquisti facti a senensibus de podiobonizi memores existentes receperunt illud sub custodia certis pactis appositis in contractu. elapso tempore timentes florentini ne castrum illud per insultum vel aliunde [aliquando] posset a senensibus occupari illuc transmiserunt aciem militum pro custodia et cum essent pro ipsius loci munitionibus laborantes venerunt senenses obsessuri castrum personarum et rerum dominari credentes quibus florentie recitatis cum florentini de acie militum quam transmiserant dubitarent consilium est de itinere stabilitum et statuta die certa eadem die iter arripuerunt preparatis necessariis ad bellum et non asumpto carrocio et cum appropinquassent loco surgens consul dixit:

Cum senenses per longa tempora graves et iniuriosi nobis in